

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 68v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 112 [Gn. 114]

[114] De pallacio.

[N]unc^a attendatis per quem modum ipse palaciam fecerit. Vocavit quosdam quatuor senes de Scharow, et quatuor canonicos, qui prelaturas habebant in summo: primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus cancelarius. Insuper recipit quatuor barrones, ecclesie maioris feodalis et Meydeburgensis. Unus fuit marscharcus [s], secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper recipit quatuor scabinos et scultetum. Insuper recipit tres duces laycos, qui primi sunt in electione imperiali, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meÿdeburg, hoc est burgravius. Tunc imperator accepit eosdem xx octo viros provocatores, et super sedes ipsos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex parte sui, quecunque sententia in [/] Meydeburg diffiniri non posset, aut reprobaretur, ibi deberet recipi, et quidquid daretur ac rationabiliter pro iure municipali teneri deberet. Et cum sententia ante pallaciam fuerit, tunc debet dari in signum hiis XXVIII^o, cuilibet [eorum], solidum aureorum, et quivis solidus debet valere xii solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit. Tunc hiis quatuor dantur quatuor marce, quod quivis marca debet xii marcas argenteas valere. Hoc datur his xxviii. Hoc illi dare tenentur, quibus sententia ad profectum vel ad utilitatem difinita et inventa fuerit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, wyrok, odwołanie, apelacja]